Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift

30

anime inettant. aut irascibile exturbant.
et ex hoc contingit. mentem excutitur ad spiritua
le contemplationem. et ad orationes auolatione
peregre profectum. Et huius rei gratia debet mona
chus et maxime qui seorsum residet diligenter cogitatio
nibus attendere. et harum causas nosse excidere.
Incitant concupiscibile anime uiciose cogitatio
nes mulierum. harum autem cause. ciborum ac potuum
intemperantia. et ipsarum mulierum crebrum et irra
tionabile colloquium. Intercidit autem has fames
atque sitis et uigilie et recessio. Furorem autem tantum
exturbant uiciose memorie eorum qui nos con
strauerunt. Cause uero harum. uoluptatum amicicia.
et uana gloria. et materialium amor. Propter hec et
qui uiciose est tristatus. aut sic priuatus. aut sic
qui non est adeptus. Intercidit autem has. harum earun
dem contemptus et despectio propter spem in Christum.
Cognoscit deus semetipsum. cognoscit et que sub eo
sunt. cognoscit autem et sancte uirtutes deum et que sub
deo facta sunt. Sed non sic deus cognoscit semetip
sum et que sub eo facta. ita sancte uirtutes cognos
cunt deum et que sub deo facta. Deus semetipsum